Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25997
Copyright: Admont, Benediktinerstift

innocentie. quando ipsu iuda penituit qd tradidisset
xpm. & pieci illis pecuniā quam dederant. Illi noluer
ea mittere in gaphophilatiū. Quid est gaphophilatium.
Arca di. ubi colligebant ea que ad indigentiā seruoꝝ di
mittebant. O homo. cor tuū est potius arca di ubi habi
tant diuitie di. ubi fit nummus di mens tua habens
imaginē imperatoris tui. Cū hec ita sint. qualis illa inno
centie simulatio fuit. pecuniā sanguinis n̄ mittere in
arcam. & ipsū sanguinē mittere inconscientiā. Sed qd
eis contigit. Defecerunt scrutantes scrutationes. Vnde.
Quia dicit quis uidebit eos. idest quia eas nemo uidebat hoc
dicebant. hoc apud se opinabant qd nemo eos uideret.
Vide qd contingat animē male. Recedit a luce ueritatis.
& quia ipsa n̄ uidet dm putat se n̄ uideri a do. Sic & isti
recedendo ierunt in tenebras ut ipsi n̄ uiderent dm. &
dixerunt. Quis nos uidet. Et uidebat ille quē crucifi
gebant. Illi deficiendo nec illū filiū nec patrē uidebant.
Sic g & ille uidebat. quare se patiebat teneri aberis & oc
cidi aberis. Quare si uidebat uoluit consilia eoꝝ p̄ualere
in se. Quare. Quia homo erat ppt hominē. & ds latens
in homine. quia uenerat nescientib exemplū fortitudinis
dare. ido ipse sciens omia sustinebat. Quid enim sequit.
Accedet homo ad cor altū. & exaltabit ds. Illi dixerunt.
Quis nos uidebit. Defecerunt scrutantes scrutationes.
idest consilia mala. Accessit homo ad ipsa consilia.
Passus est se teneri homo. Non enim teneret nisi homo.
aut uideretur n̄ homo. aut cederet n̄ homo. aut cru
cifigeretur & moreret n̄ homo. Accessit g homo ad
illas omis passiones. que in illo nichil ualerent n̄

111